et tui erũt poſt te ãbulabũt iuicti maĩcis p̲
gent teqʒ adorabũt teqʒ dep̄cabunt̃ Yſa.
lx. Afferet̃ ad te fortitudo gentiũ et reges
eoꝝ adducẽt. ¶Nec fũt magi malefici ſicut
q̊dã male opinant̃ Magus em̃ et mathẽa
ticus et icãtator et malefic9 ſiue nigromã
ticus et ariol9 et aruſpex et diuiator drñt.
Quia mag9 ꝓprie niſi magn9 eſt q̊ ſciam
hñs de oĩb9 ex ꝯ̃eturis et effectib9 natura
rũ cõiecturãs aliq̃n mĩabilia natuȩ p̄oſtẽ
dit et educát Mathẽaticus aũt duplex eſt.
Mathẽſ em̃ idẽ eſt q̢ ſcia de ſepatis et ab
ſtractis q̄ licet ſm eẽ ſuũ naturale ſint ĩ re
bus motui ſbiectis. tñ diffinicõe abſtracta
cõſiderant̃. ſicut ẽ tota q̃druuij ſcia. et h° nõ
eſt rep̄hẽſibile ſʒ laudabile Alit̃ dr mathẽſ
ꝓducta media ſilba. idẽ q̢ diuiacio p curſ
ſus ſideꝝ et h̃ aliq̃n ẽ bona aliq̃n mala. ſic
ci ipi dicũt q̊ ſciaʒ nouerĩt Si em̃ q̊s p̄noſti
cat̃ p ſtellas de hijs q̄ nõ ſbiacerẽt niſi ordĩ
cãꝝ natuáliũ Et h̃ſua p̄noſticacõ ẽ de eis ſm
q̢ ordĩ illi ſbiacẽt ꝛ nõ extẽdit ſe ad illa eá
dẽ ĩ eaten9 q̄ icliãt ad ea p̄m 9ordo natuȩq̄

eſt i ſitu ſtellaꝝ et circulo nō male facit· ſed
potiꝰ a mltis vtiliter cauet nocumētis et ꝓ
mouet vtilitates Qui aūt ꝯſideratis oībus
ꝓnūciat de hiis q̄ futura ſūt aliter ꝙ dcm̄ ē
truſator eſt et tyrānus et abicedus Incā-
tator aūt eſt q̄ carminibꝰ q̄buſdā beſtias
aut herbas āt lapides aut imagīes ad q̄ſ
dā parat effcāūs· Nigromāticꝰ aūt dicit̄ a
greco nigros qđ eſt mortuꝰ latine q̄ diui-
nat ī mortuis vel ī vmbꝰs demonū ſiue mor
tuoꝝ Augur aūt eſt q̄ ī garritu volatu aut
ſeſſione auiū diuinat Aruſpex q̄ in aris ſi
ue extis aīaliū an̄ aras ymolatoꝝ diuinat
Diuinatoēs aūt multi ſūt valde in pūctis
terre ⁊ caſu ignis in aq̄ et ī aere diuinātes
Et p̄ter hos ſūt ſortilegi ⁊ ī phitonibꝰ diui
nātes Multo em̄ iſtoꝝ deditī fuer̄t iſti niſi
magicis hō mō ꝓut dcm̄ ē et hō ē laudabile
Hij gº magi ab oriēte vērūt Ecce vn̄ vene
rūt· Ipō aūt p̄t nōre locū a q̄ moti ſūt et p̄t
nōre cām· ſi nōt locū tūc vērūt a finibꝰ illis
et dicunť fuiſſe de finibꝰ pſidis q̄ eſt v̄ſus
oriētē et aq̄lonē reſpcū ibrl'm et iudee et ē
fere collateral' anteriori idie niſi ꝙ idia plus
eſt ad meridiē et ꝯſuetudo illiꝰ gētis ē mul
tos reges ꝓ rectoribꝰ ciuitatū et ꝓuīciaꝝ et

q̊ſdã q̄buſdã ſubſtituē et ex̄ diu̇ıõı regib⁹
fuerūt iſti Et licꝫ glō dicat ꝙ ſcit̄ ꝙ plurēs
fuerūt. neſcit̄ tn̄ quot fuerūt nūero tn̄ tota
eccā reputat tres fuiſſe viros ſapiētiſſıõs q̄
ꝑ habitu ſapiēcie reges oīm fuerūt alioꝝ
Et h̄ eſt ꝙ dicit pſalmiſta. Reges tharſis
et iſule mūera offerēt reges arabū et ſaba
dona adducēt Fuerūt aūt hoīes illi ſp̄ ſtus
diuīı. ꝓpter qḋ et regina ſaba veıt inde au-
dire ſapiēciā ſalomoīs. iij. Regū. x. Si aūt
ꝓpoſicio nōt cām. tūc oriēte qḋ ſeqt̄ nō di-
cit ſpēalē locū ſꝫ dicit id qḋ fuit ſup terrā e
mergēs de celeſti ꝓdigio. ꝛ eſt ſēſus Ab o
riēte. h̄ eſt ꝓpter id qḋ ortū eſt nob̄ de ſig-
nis eius celeſtib⁹ Et h̄ dignū eſt. qꝛ et ipe
ſol ē iuſticie q̄ tūc ortus eſt ı terris. zacha.
vi. Ecce vir oriēs nomē eius et ſubter eū o
riet̄ et edificabit tēplū dn̄o Job. p̄. Erat
vir ille magn⁹ int̄ oēs oriētales. Et venerūt
Cōueniēs eñ fuit oriētales veniē in q̄bus
ortū ē lumē fidei et cognicōis ſue qn̄ p viſ-
cera mīe ſue viſitauit nos oriēs ex alto Il-
luiare hijs q̄ ı tenebꝰs et ı vmbra mortis ſe
dent ad dirigēdos ꝑedes nr̄os in viā pacis.
Lu. p̄. Jhrl̄m Ecce q̄uo venerūt ad caput
rḡni ꝛ caput ſacdotij Venientes eñ ı iudeā

ad tps diſpēſatie ſtella ſe occultauit ꝓpter
tria·q̊ꝝ vnū et pn̄cipale eſt vt inq̊rētes te
ſtioīa legis et ꝓphāꝝ cū indicō ſtelle cō-
cordare pꝯperēt et ſic cerciores eēnt de xp̄i
nati regno et deitate Scōm ē qꝛ p eos pn̄
cipib9 ſacerdotū et ſcribis et ꝑplo rex nat9
inoteſcēt et ſic min9 excuſabiles fierēt Rō·
p̄·C ii cū gl̄ iz dei cognouiſſēt nō ſicut deū
glificauerūt aut grās egerūt· ꝫ obſcuratū
eſt iſipiēs cor eoꝝ·et ſeq̇t Et tradidit illos
de9 in ſenſū repbū Tercīū eſt vt ipa occul
tacōne iſtruerent de trib9·vnū qꝛ ſcirēt q̄n
tū facit maloꝝ ſocietas q̄ lumē celi occubē
facit· Jhe·ij· Obſtupeſcite celi ſup h̄ et por
te ei9 deſolamī vehemēter·Duo em̄ mala fē
cit ꝑplus me9·me em̄ dereliq̇rūt fōtē aq̄ vi-
ue et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas q̄ cō
tinere nō valēt aq̄s Scōm vt ipa occulta
cione ſtelle ſcirēt lumē natū a talibus vul-
pib9 et lupis fore occultandū ſicut infer9
patebit· Tercīū vt eo ipō ſcirēt noticīā re-
gis nati a iudeis eē occidētē et gētib9 oritu
rā· Malachie·i·Ab ortu ſolis vſq3 ad oc
caſū mg̅nū nomē meū i gētib9 ꝛc Scōm
g° p̄mā cām iheroſolimā venerūt vbi rn̄ſa
legis erāt et ꝓphāru· Sicut dicit̄ yſa·ij·

De ſyon exibit lex ⁊ v̓bū dn̄i· dicētes vbi
eſt q̇ nat⁹ eſt rex iudeoꝝ Ecce q̄lit' inq̄rūt ⁊
tāgunt' duo· fidei vicȝ certitudo et loci vbi
ſit nat⁹ inq̄ſicio· fidei certitudo ex duob⁹ q̄
in q̄ſtione certa relinquūt intelligit' ſcȝ ꝙ
nat⁹ ſit et ꝙ ī regno iudeoꝝ ſit nat⁹· ꝓpter
qḋ et ip̄e pilat⁹ ſm oēs euāgeliſtas q̈i cer
tus de h̄ iſcripſit titulo ꝙ rex eēt iudeoꝝ et
h̄ iudei apponebāt ſibi ꝑ cā mortis qḋ eis
ſpēaliter datū erat cā ſalutis Daniel· ix· Oc
cidet' ſcūſſcōꝝ et nō erit eius pp̄lus q̇ eū ne
gatur⁹ eſt· dixerūt eni̅ Regē nō hēm⁹ niſi
ceſarē· Joh· xix· Sȝ q̄rit' vn̄ fuerūt tā certi
ꝙ eni̅ de nato certi eēnt: p̄t dici ꝙ fuerūt ex
ortu ſtelle Sȝ ꝙ rex ſit nō videt' hēri ex ſtel
le indicio Et ad h̄ dicēdū ꝙ h̄ hēbant ex ꝓ
phecia balaā Nū· xxiiij· de iacob Erit q̇ do
minet' et ꝑdat reliq̄as ciuitatis q̄runt ergo
vbi ſit de alijs duob⁹ certū relinq̄ntes· p̄ci
pue aūt iudeis h̄ certū eē debuit ꝓpter tp̄s
qḋ p̄dixerat daniel qḋ tūc recte fuit exple-
tū ita ꝙ nec plus nec min⁹ et ideo regnū oī
no defecerat et ad alienigenā fuit deuolutū
et in h̄ vitupabiles et inexcuſabiles fūt iu-
dei· Jhere· viij· Milu⁹ ī celo cognouit tēp⁹
ſuū· turt' et irūdo et ciconia cuſtodiert tp̄s

aduēt⁹ ſui ꝑplus aūt me⁹ nō cognouit iu⸗
diciū dñi Mat. xvi. Faciē celi diiudicare no
ſtis ſigna aūt tpm nō poteſtis ſcire. q̄runt
ergo vbi ſit Cant. p̄. Indica mihi quē di⸗
ligit aīa mea. vbi paſcas i vberib⁹ mrīs.
et vbi cubas i ſinu mrīs i meridie plene lu
cis tue ne vagari icipiā Cant. iij. Surgā
et circuibo cīitatē p vicos et plateas querā
quē diligit aīa mea Vidim⁹ enī ſtellā eius
Hec eſt ꝑticula in q̄ oſtēdūt ſtelle noui re
gis iudiciū Et dicūt q̄tuor. ſcz modū certi⸗
ficacōis eoꝝ. qz viderūt Segni⁹ enī irri
tant animū dimiſſa p aures q̄ꝫ q̄ ſūt oculis
ſubiecta fidelib⁹ certificās deſcribūt Secū
do qz vidim⁹ ſtellā q̄ fallax iudiciū eſſe nō
poteſt et ne maneat cōfuſus noſter anim⁹
p ſigni cōmuītatē Vidim⁹ ſtellā eius ſibi
ꝓpriā. q̄ nō aliud loquit̄ niſi nouā regis
natitatē et ne credat̄ diu orta et ſic tps nō
det̄ minās Vidim⁹ eā i prīo ſuo oriēte et iō
de tpe et natū regē nō q̄rim⁹. ſz ſolū de loco
quē nō niſi cōmunē nob̄ ſtella idicauit. h° ē
iudeā. de p̄mo ergo dicūt Vidim⁹: nō viſu
exteriori tm̄. ſz intus p itellectū aduertētis
ꝓdigiū. Michee. iij. Dabo ꝓdigia i celo ſur
ſū et ſigna i terra deorſū. Luce. x. Bti oculi

q̇ vident q̄ vos videtis Stellā Nu̇i·xxiiij·
Orietᷣ ſtella ex iacob et ꝯſurget v̓ga de iſra
hel·Baruth·iiij·Stelle dederūt lumē ī cu
ſtodijs ſuis et letate ſūt·vocate ſūt et dixe
rūt: aſſum⁹·et luxerūt ei cū iocūditate q̇ fe
cit eas. Et attēde ꝙ iſti lumē luīe reqrūt ce
li regē celi luīe petūt yſa·lx· Et ambulabūt
gētes in luīe tuo et reges ī ſplēdore ortus
tui Hec aūt ſtella diffēbat ī q̇nqꝫ a ſtellis
alijs ſꝫm oēs cōiter·natura vicꝫ ſitu·motu·
claritate et ſigᷠficacōe Natura qꝛ corrupti
bilis fuit et nō de natuᷓ celi et iō pacto of
ficio ꝯuerſa fuit ī p̄iacētē materiā et h̓ cōue
niēs fuit·qꝛ luīe vero ī uēto: alio luīe nō īdi
gem⁹ Et iō etiā fides eſt ex p̲te ꝗ deficit qn̄
ſꝫm ſpēm cōtēplabimͥ·p̄·Cori·xiij·yſa·lx·
Nō erit tibi āplius ſol ad lucēdū p̲ diē ne
qꝫ ſplēdor lune illuīabit te·ſꝫ erit tibi dn̄s ī
lucē ſēpiternā et de⁹ tu⁹ ī gl'am tuā Situs
aūt eius fuit ꝙ nō fuit ī alto cū alijs ſtellis
ī firmamēto·ſꝫ ī ſpacō huī⁹ aeris viciua lo
ca terre tenebat·nō tn̄ erat cometa q̄ in ortu
bus et ī mortib⁹ regū apparē ſolet·qꝛ eſt
vt facula ardēs et nō ſtat diu Job·xxxviij
Nūq̇d noſti ordinē celi·ꝗ rōem ei⁹ pones ī
terra Huī⁹ eni ſtelle racō ī terra ī ſpacō h⁹

aeris poſita ē et h° cōueiebat q2 etiā in cor-
ruptū lumē celoꝝ dñi ad nos ſe humiliando
deſcēderat Mala·iij·Vob timētibus nomē
meū orietᷣ ſol iuſticie·ꝛc·Motu etiā diffē-
bat·q2 cū alie oēs tā natuē ſtelle ꝙ etiā il-
le q̄ comete vocātᷣ i circuitu rotentᷣ·Hic ſo
la recta linea tēdebat ab oriēte q̄ eſt ꝟſus
aq̊lonē ad occidētē declinās ad meridiē ver
ſus iudeā vbi erat xp̄s Job·xxxviij·Indi-
ca mihi ſi noſti ꝑ quā viā ſpergitᷣ lux diui
ditᷣ eſtus ſup terrā et iō diciᷣ oriri ſup iu-
deā·q2 ortu ſuo tēdebat ad eā Et h° erat cō
ueniēs ꝙ ad ſolē ſicut oīs alia ſtella decli
naēt aq̊lonē frigidā ꝛ tenebroſā relinq̄ns
dyabolo q̊ in ea ſedet·pſa·xiiij·Et ad meri
diē calidā et luīnoſā ſcōꝝ habitacōez feſti
nāter pſa·lx·Veit lumē tuū et gl̓a dñi ſu-
ꝑ te orta eſt·q2 ecce tenebre operiēt terrā
et cali·po·ſup te orietᷣ dn̄s et gl̓a eius i te
videbitᷣ·Claritate aūt q2 clarior oībus vi-
debatᷣ diffēbat·pme Corintᷣ·xv·Stella a
ſtella differt i claritate cōueniētiſſime·cōti
nuis eīm radijs accedēdo ad verū ſolē acce-
pit augmēta lucis Prou·iiij·Semita iuſti
q̄i lux ſplēdēs et creſcēs vſq3 i ꝑfectū Sig
nificacōe qm̄ alie ſtelle q̄ fatales a mathēa

tiás dicitur nō ſole ſignificat· ſʒ collectiue oib⁹ q̄ ſūt pyodo ptib⁹ et ſtellis· hic aūt ſola debit gl'e xp̄i ſignificacōem eo q̄ ille veneāt ī eui⁹ diſpoſicōe et ꝓuidēcia oīa ſūt· ſtelle ſigna et diſpōnes et obſeq̄o ſuo ſignificauit totū q̄d fecit Cauſalit' aūt faciēdo nihil oino et hec etiā in p̄dictis dicunt' Sapienciē· vij· De ſapiēcia q̄ eſt ſup oēm diſpōnē ſtellarū: luci cōpata iuenit' prior· lux eni ſuccedit nox· ſapiēcia aūt nō vincāt malicia q̄cq̄d ē in pyodo luīnis et fortūe ſ̄m vanitatē fallacē geneaticoꝝ acceptū totū vinciāt' malicia eiuſ dē pyodi q̄ in ſtellis et in ptib⁹ ei⁹ accipiūtur De fatalib⁹ aūt ſtellis vtrū ſint vel nō ſint vel quid efficiāt vel quid nō· nō eſt hic locus determiare Sed hic dicimus cū auguſtino Qꝛ ad corpm īmutacōem flat⁹ valent ſyderij· nō aūt ad pmutacōem aīoꝝ libero arbitrio p̄ditoꝝ hec aūt ſtella fuit Eius· hoc eſt pueri nati regis· Eſt aūt eius q̄drupliciter ·efficienter· figuraliter: obſequialiter· et finaliter· Efficiēter qꝛ eam fecit vt oſtēderet q̄ ip̄e eſt qui ſtellas creauit· Figuāliter qꝛ Gene· xv· Semē in quo benedicēde ſūt oēs gentes ſtellis cōpatur in ſignū q̄ omnes ſicut ſtelle fulgebūt q̄ in ip̄o

bn̄dictōem cōſequātur. Obſeq̄alit' q2 ſibi
obſecuta adducēdo p̄micias gētiū Finalit'
q2 nō eſt niſi ꝓpter gl'az ipius et laudē De
p̄mo Gen̄. p̄rio. Fecit de9 ſtellas et poſuit
eas i firmamēto celi vt lucerēt ſup terrā.
P̄s. ſtellas vt p̄eēnt nocti. Veit em̄ ſtelliſe
ri cōditoꝛ celi i terrā in noctē ignoꝛācie h9
et ſicut p̄rio ꝓduxit ſtellas in oꝛnatū ſue
bitacōis qd̄ eſt celū. ita nūc terrā quā i ha-
bitacōez elegit noua ſtella luīe ſue cognicō
nis decorauit. ij. Cor. iiij. Deus q̄ dixit de te-
nebris lumē ſplēdeſcē illuxit i coꝛdib9 nr̄is
Figuralit'. De figura nāq3 q2 oēs ſuos vt
ſtellas radiaē facit Eph. v. Int' q̄s lucetis
ſicut luiaria in mūdo Daniel. xij. Qui docti
ſūt fulgebūt ſicut ſplēdoꝛ firmamēti et q̄ ad
iuſticiā erudiūt mltos. q̄ſi ſtelle erūt i ꝑpe
tuas etn̄itates De obſequio Job xxviij.
Vbi eras cū me laudauerīt ſimul aſtra ma-
tutina et iubilarēt oēs filij dei. De fine Ec-
cleſiaſtici xliij. Sp̄es celi gl'a ſtellaꝝ mūdū
illuīnās i altiſſimis dn̄s Sic ergo vidim9
ſtellā eius. h̄ ſtella p̄ lumē eſt purgās ig-
noꝛācie et cecitatis tenebras et maifeſtās
arguēdo cōcupie latebras. p̄ motū em̄ eſt
directio errātiū. p̄ ſitū aūt repſſio ſupbie

arrogātiū. p ſignificacōez cōfuſio et deteſta
cio gen̄eaticoꝝ et p trāſitū ſuſpiriū et deſi=
deriū cōtēplatiuoꝝ. Lumē eīn ei9 purgat
ignorātie et cecitatis tenebras p veri luīnis
cognicōem eo ꝙ ſicut dicit Pſal. In lumine
eius videbim9 vere fidei et ſciēcie lumē Qd
Joh. prio. In teneb's lucet et illuiat oēm
hoiem venietē in hūc mūdū. et qd caſtita=
tis lumē eſt maifeſtat latebras et turpitu=
dinē immūde cōcupiſcētie. ſicut dicit Job
xxiiij. Ocul9 adulteri obſuat caliginē di
cēs. Nō me videbit oculus. p motū dirigit
Lu. ij. Paraſti an̄ faciē oim pploꝝ. lumē ad
reuelacōem gētiū. Job. xxix. Ad lucē eius
ābulabā i teneb's. p ſitū humiliat qꝛ deſcē=
dit. ps Inclina celos tuos et deſcēde. Yſa.
lxiiij. Deſcēdiſti a facie tua: mōtes deflu xe=
rūt De cōfuſione geneaticorū. Yſa. xlvij.
Stēt et ſaluēt te augurēs celi q̇ cōtēplāt ſi
dera ꝛ ſupputāt tibi mēſes vt ex eis ānūciēt
vētura tibi Ecce facti ſūt q̄ſi ſtipula: ignis
cōbuſſit eos Per trāſitū aūt eſt ſuſpiriū cō
tēplatioꝝ q̇b9 oē lumē puū eſt reſpectu eter
ni luīnis qd cōcupiſcūt Thob. iiij. q̄le gau
diū ē mihi q̇ i teneb's ſedeo et lumē celi nō
video Dic g° vidi9 ſtellā ei9 i oriēte. ꝫ nos

exn̄tes i oriēte vidim⁹ ſtellā ei⁹ ſup iudeā.
vel exn̄tes i oriēte vidim⁹ ſtellā ei⁹ i oriēte
exn̄tē et h̊ eſt ꝓbabili⁹. qꝛ ſtella p̄cedebat
eos qd̄ nō feciſſet ſi ſup iudeā apparuiſſet
p̄s Ab ortu ſolis vſqꝫ ad oc.lau.no.dn̄i.
yſa.xliij. Ab oriēte adducā ſemē tuū Et ve
nim⁹ adorare eū Hic tāgit deuocio q̄rentiū.
tāgūt aūt laborē itin ris et tn̄ labor itineis
fuit i h̊ ꝙ tāto t'ray ſpacō venerūt. qꝛ Criſ
dicit. ꝙ ſpacio vni⁹ āni et xiij. diey iter p=
fecerūt Alij aūt dicūt ꝙ i xiij. dieb⁹ in dro
medarijs venientes iter vni⁹ āni ſpacō xiij.
diey pfecerūt Sꝫ nō eſt ꝓbabile ꝙ aliqd̄
aial ſit ꝙ ānuū motū ſpacō xiij. diey pficē
poſſit. et iō de huiōi dromedarijs nihil le=
git' apd̄ phos. ſꝫ ſi eēt corp⁹ hūanū tn̄ mo
tū in tā breui ſpacō ſuſtinē nō poſſꝫ. nc̄ poſ=
ſem⁹ dicē ꝙ miraculū fuerit cū de h̊ penit⁹
nihil dicat euāgeliſta. ſꝫ h̊ certū eſt ꝙ mḡ
nū et lōgū itineris laborē ſuſtinuerūt et vi=
debant' eis dies pauci ꝓpter amoīs mḡni
tudinē Geñ.xxx. Dan.iij. et nūc ſeq̄t' te in
toto corde ꝛ tenem⁹ te et q̄rim⁹ faciē tuā ne
cōfundas nos. ſic g° vadūt Adorare eū adorā
cōne latrie ſicut verū deū Heb.p̄. Adorēt eū
oēs āgeli ei⁹ Pſal. Ois terra adorēt te de⁹.

In h̄ eni̅ notat̄ fides diuī tatis ei⁹. Audiēs
au̅t h̄ herodes rex turbat⁹ est. Hic icipit i
q̊sicio f̄cā per scp̄turas. h̄et au̅t pagrophos
tres. i q̄ꝝ p̄rio cōtinet̄ maloꝝ de nato rege
p̄turbacio q̄ tn̄ vtilis fuit ad h̄ vt diligēs
p scp̄tuas fieret inq̊sicio In 2° cōtinet̄ scp̄
ture de loco natiuitatis ei⁹ euidēs attestacio.
In terciō dolosa herod̄ de inq̊rēdo puero si=
mulacio et h̄ patēt i lrā. Adhuc i p̄mo hoꝝ
duo dicunt̄ malignoꝝ vicȝ p̄turbacio Et
diligens de loco natiuitatis pueri p̄quisicio.
Circa p̄ᵐ ponūt̄ duo. turbacō regis et tur
bacō ciuitatis Turbacō regis ɔtinet̄ i q̄tuor
Prīo eni̅ ponit̄ turbatiuū et h̄ fuit audit⁹
eoꝝ q̄ dicebant̄ magi Scd̄o dicit̄ q̄s tur
bat̄ Herodes v̄ sipellis i dolo et gloriās in
pellib⁹ exterius coloratis i ambicōne mūdi
Tercio subinfert̄ causa cū dicit̄. Rex. Pu=
tabat eni̅ regnū amittere iudee cū esset alie
nigena nato rege ad quē regnū hēditario
iure deuoluebat̄. Quarto ponit̄ ip̄a turba
cio sequēs irracōnabilis et p̄terua cū dici=
tur. Turbatus est. De primo honū sciens
dum q̄ magi vt viri boni bonū nunciū ap=
portantes leta putabant nūciare regi et ci=
uitati personātes nouitatem noui regis.

Malignitas aūt herodꝭ in malo accipiebat auditū ī malo cordis sui ad tristiciā et do-lorē. Ps. Pctōr videbit et irascetur dētib⁹ suis fremet ꝛ tabescet tn̄ dei ꝓuidēcia desidē-riū pctōꝝ pibit. Ysa. xxi. Cornui cū audirē. turbat⁹ sū cū viderē. emarcuit cor meū. te-nebre stupefecerūt me. sic ergo talē auditū cū audiēt herodes. vᵒ sipellis ī dolo gloriās ī pelle pōpe seculi Lu. xiij. Vocat̄ herodes vul-pes a dn̄o ꝓpter dolū Trenoꝝ. iiij. Vulpes ābulauerūt in eo. et naturā vulpis ōndit ī fra qn̄ clam vōtis magis deuocōem simula-uit et efficaci⁹ nocēt. Cant. ij. Capite nob vulpes puulas q̄ demoliunt̄ vineas hᵒ est occultas machiaciones gaudiū eccīe de na-to rege demolirī nitētes. Iste idē est pelli-ceus glosus vel gloriās in pellib⁹ exterio-rem pompā in regno mūdi ambiens. Hic enī rege celi nato turbat̄. Ps. Turbabū-tur a facie eius prīs orphanorū et iudicis viduarū Rex. Ecce causa turbacōnis. quia tūc rex fiebat puari regno p regē verū reg-ni herede. ni. sed Amb. dicit. Hostis hero-des impie xp̄m venire qd times: nō arripit mortalia qui regna dat celestia. Vn̄ infra xxviij. Regnū meū nō ē de hᵒ mūdo. Iste gᵒ

fruſtra hac de cā turbat⁹ eſt ſicut oculus i
firm⁹ ſordib⁹ plen⁹ de clariſſiō turbat̄ lui
ne Sap̄ xvij. Freqnter p̄occupāt peſſiā re
darguēte cōſciēcia. cū em̄ ſit timida neq̄cia
dat teſtiomiū cōdenacōni Gen̄. iiij. Quare
irat⁹ eſt et cur cōcidit facies tua Huic rn̄de
tur. Sapiēcie xvij. Dū ab intro minor eſt
exſpectacō maiorē putat potēciā eius cauſe
de q̄ tormentū preſtat. Et oīs iherꝯſolima
cū illo Ecce turbacio ciuitatis valde iracō
nabilis. Et fuīt tres cauſe turbacōnis cīta-
tis quaꝝ vna fuit in p̄ncipib⁹ q̄ locū et po
teſtatē amittē timebāt nō regnāte impio
rege cū metipſi impij fuerūt. Scda fuit in
vili ꝛ iracōnabili plebecula q̄ prona i ma
lū turbat̄ cū rege malo ꝑpter applauſū et
cōſenſū in malo Tercia fuit in q̇buſlibet
etiā bonis. qꝛ ſciuerūt herode ita malū ꝙ ni
ſi triſtarent̄ ip̄e occidēt eos vt ſcicū q̄cūqꝫ
modo triſtarent̄. Vnde etiā in morte ſua p̄
cepit occidi nobiliores: vt ex hꝯ plāgere co
gerent̄ et nō gaudere de morte ſua. De pria
harū dicit̄ ꝑuerbioꝝ vicesimonono. Rex q̄
libenter audit verba mendacij omēs mini
ſtros habet impios Iohānis vndecimo.
Collegerūt pōtifices et phariſei conſiliū ꝛ

dicebant quid facim⁹ q2 hic ꝛc· Et ſequit̃ Ne forte veniāt romani et tollāt noſtꝝ lo= cū et gentē· Vn̄ hanc etiā quidā dicūt eſſe quartā cām turbacōnis· q2 romanoꝝ prin cipū fuit edictū ꝙ nullus ſe dominū vel re= gem faceret niſi ꝑ auctoritatē eoꝝ et time= bant ꝙ ſi ſurgeret inter eos rex ꝙ extirpā= dus eſſet locus et gens et ipī a ꝑtāte depo= nendi· De ſecūda dicit̃ Oſee ſeptio· Appli= cuerūt q̄ſi clibanū cor ſuū cū inſidiaret̃ eis rex· Iheremie· vi· Prophete ꝓphetabant mendaciū et ſacerdotes applaudebāt mani bus ſuis et ꝓplus me⁹ dilexit mala· De ter cia dicit̃ Yſa· xxxij· Fraudulēti vaſa peſſi= ma ſūt· ipē enī̄ cogitacōnes cōcinnabit ad ꝑdendos mites i ſermone mēdacij· Hic er go oīs iheroſolima cū herode turbata eſt q̄ libet enī̄ aliquā iſtaꝝ cauſaꝝ habueāt tur bacōnis· p̄cipue ꝓpter prophecīā balaam Numeri· xxiiij· vbi dicit̃ de iacob· Erit qui dn̄etur et perdet reliq̄as ciuitatis· Et cōgre gans om̄es p̄ncipes ſacerdotū· hic ponit̃ di ligens de loco natiuitatis pueri ꝑquiſicio Et dicunt̃ duo· Primo enī̄ dicit diligentiā he rodis in cōgregandis illis a q̄bus ꝓba= bilius inq̄ſicio fieri poterat· Secūdo autē

dicit diligentiā inq̄ſicōnis· In p̄mo horū
dicit q̄liter cōgregauit gēaliter oēs in q̄=
bus erat aliqua auctoitas p quoꝝ metū a
liĳ qḋ ſcirent dicē cogerent̄· Et hoc eſt qḋ
dicit Cōgregans oēs p̄ncipes ſacerdotū· hꝫ
eſt pōtifices· Et deinde dicit diligentiā con
gregacōnis eoꝝ in q̇bus erat eminēs ſciē=
tia· hꝫ eſt ſcribas populi Illi enī q̇ approba
ti fuerūt mgr̄i et ſermones eorū ſcribebā=
tur· ſcribe dicebant̄· Mathei· xxiĳ· Sup
cathedrā moyſi ſederūt ſcribe et phariſei et
ſacerdotes q̄cunqꝫ dixerit vobis ſeruate et
et facite· Et ibidē dicit̄· ꝙ hĳ tulerūt clauē
ſciētie· et quidē ſciſcitabat̄ ab eis Vbi xp̄s
naſceret̄ Ecce diligētia inq̄ſicōnis· Yſaie
viĳ· Inite cōciliū et diſcipabit̄ Loq̇mini
verbū et nō fiet· Ps̄· Defecerūt ſcrutātes
ſcrutinio· Et forma verbi notat frequentiā
qꝛ formā hēt verbi frequētatiui· qꝛ diligē
ter et frequēter q̄ſiuit Iohānis· viĳ· Que=
ritis me et nō inuenietis et vbi ego ſū vos
nō poteſtis venire· Ac illi dixerūt In beth
leem iude· hic ponit̄ euidēs atteſtatio ſcrip
ture de nato rege Et dicunt̄ duo· Primo
enī edocti p ſcripturā veritatē rn̄det Et ſcḋo
ſcripturē teſtimonio reſpōſionē ꝓbāt· Dicit

ergo in bethleē naſcitur xp̄m et addūt iu
de· ad differētiā cuiuſdā bethleē q̄ fuit i ga
lilea in tribu zabulon· De iuda em̄ debuit
naſci xp̄us Geneſ·xlix· Juda te laudabūt
frēs tui manus eius in ceruicib⁹ inimicoꝝ
ſuoꝝ catul⁹ leonis iuda et induciūt teſtio-
niū dicētes· Sic em̄ ſcriptū eſt p ꝓphetā·
Mich·v·Et tu bethleē terra iuda·ꝛc Attē
de ꝙ in teſtiomio iſto tria dicunt· p̄mo em̄
locus deſcribit·ſecūdo dignitas eius expri
mit·et tercio rō dignitatis ex natitate xp̄i
ibi futura·dicit ergo·Et tu·quaſi dicat·li-
cet alias cītates metropolitanas de potēcia
diuicijs et gl'a laudauerūt·tn̄ et tu beth-
leem ſcʒ nō illa q̄ eſt in galilea in ſorte zabu-
lon·ſʒ terra iuda et p̄t eſſe ꝙ de ſe dicūt ſac
dotes et ſcribe ad maiorē expreſſionē Quia
ꝓpheta dicit Et tu bethleē effrata· cui⁹ racō
ſupius in p̄ncipio capituli dicta eſt Et ad
dunt dignitatis ei⁹ exp̄ſſionē dicētes· Ne-
quaq̄ minima es in p̄ncipib⁹ iuda h̄ eſt in
p̄ncipalib⁹ ciuitatib⁹ iuda· Dicit em̄ prin-
ceps cītas vbi eſt thron⁹ p̄ncipis eo ꝙ il-
la iure ꝛ libtate ꝛ p̄uilegijs p̄ncipat alijs
Et itelligit ex h̄ eminēs dignitas Quia ex
q̄ nequaq̄ minima eſt int ciuitates p̄ncipes

aliaꝝ v̇tutū multomagis dignitate excel-
lit oēs alias. ſꝫ videt̄ hoc cōtrariū ei qḋ di-
cit ꝓpheta q̄ ſic dicit. Et tu bethleē effrata
ꝑuula es in milib⁹ iuda. hꝰ eſt ꝑuulus vi-
cus es in ſorte iuda in q̄ ſūt villaꝝ et vico
rū et ciuitatū milia. ergo ſm̄ ꝓphetā minor
eſt alijs. Nō dico ꝑncipib⁹ ciuitatib⁹ ſed
etiā vicis Reſpōdeo q̄ ſacd̓otes ponūt ſen-
ſū ꝓphete: nō v̇ba Intēdit ꝓpheta q̄ licet
ꝑuulus vicus ſit ꝓpter paucitatē habitato
rū. tñ maximi eſt ꝑuilegij. ſicut patet ex ſe
quētibus ꝓphecie. Yſa. ſexageſīō. Locū ſci
ficacōnis mee et locū pedū meoꝝ glorifica
bo. Et ſubiūgit racōem. Ex te eñ ſicut ex lo
co natiuitatis Exiet. De vtero v̇ginis Dux.
Deutro. tricesīōtercio. Dn̄s ſolus dux ei⁹
fuit et nō erat cū eo deus alien⁹ Exodi. xv.
Dux fuiſti in mīa tua populo quē redemiſ-
ti Qui regat ꝑp̄lm meū iſrahel Ecce actus
ducis qui regis. quia ducē regem vocat ſi-
cut et Geneſ. xlix. Nō auferet̄ ſceptꝝ de iu
da et dux de femoē eius. Hic arguūtur ſa
cerdotes et ſcribe de tribus de ꝓdicione et
ignorantia et de malicia. De ꝓdicione q̄ꝛ
ſecreta dei cōcilia de liberacōne ꝓdiderūt im
pijſſimo etiā herodi. Contra id qḋ dicit̄.

Thobie.xiij. Sacramentū regis abſcōde-
re bonū eſt. Et Mathei.vij. Nolite ſanctū
date canib9 et margaritas nolite pi̇cere
an̄ porcos. De ignorātia aūt. q2 neſciētes
verba ꝓphetaꝝ nō adducūt ſcripturā ſicut
iacet. cū tn̄ nihil mutandū ſit i ſacro eloq̄o
Job.xxix. Verbꝭ meis addē nihil audebāt
ſed ſtillabat ſup eos eloquiū meū. Mala-
chie labia ſac̄dotis cuſtodiūt ſcientiā et le
gē reqrūt de ore eius q2 angel9 dn̄i exercī-
tuū eſt. de malicia arguunt̄ Quia hꝰ tm̄ de
ꝓphecia inducūt q̄d potuit ꝓuocaē herodē
et tacēt hꝰ q̄d mitigaē poterat ferocitatē ei9
Nō em̄ dicūt niſi id q̄d loquit̄ ꝓpheta de tē
porali natitate de q̄ turbat9 fuit herodes et
de eterna tacent q̄d ſequit̄ Et egreſſus ei9
ab inicio a diebus eternitatis q̄d ſi addiſ-
ſent cogitaſſet herodes. ꝙ eterna ſūt que di
cunt̄ et non tpalia regna requirit xp̄us et
mitigatus fuiſſet et ceſſaſſet pſequi Tunc
herodes clam vocatis magis. ⁊c. Iſte ē ter
cius pagraphus in quo cōtinet̄ doloſa he-
rodis et callida de inquirēdo puero ſimula
cio. Et dicunt̄ q̄tuor. q̄ꝝ p̄mū eſt diligēs
tpis ortus ſtelle īdagacio clā a iudeis fcā.
Secundū magoꝝ in bethleē vbi natū eē

cognouerat missio. Terciū vt personā pue
ri diligēter iuestigarēt fraudulēta iniūctio
Quartū vt oībus hijs cognitis sibi renū=
ciarent peticio et hec plana fuit in lrā. Circa
primū istoꝝ tria dicit scꝫ ꝙ clam vocauit ma
gos semotis sacerdotibus et scribis ne ab
eis forte de ferocitate ipsius ꝑmunirent qꝛ
tiebat ꝙ aliq̄ gauderet de nato rege et illi
de dolo eiꝰ ꝑmunirēt eos. Et iō etiā qꝛ ꝙ int
plures dicit faciliꝰ manifestat. Volebat
aūt hoc verbū herodes esse occultū ne per fa
mam publicaret et ꝙ ꝓbabilius fieret ꝙ
ex deuocōne puerū inq̄reret. Ysa. xvi. Jni
consiliū coge consiliū pone quasi noctē vm
bram i meridie. Ignorabat eñi id qđ dici
tur Sap. ꝑmo. Qui loquit iniqua nō po
test latere nec ꝑterıret illū corrūpens iudi
ciū et post modicū sermonū illius audicio
ad deū veniet ad correpcionē iniq̄tatis il
lius quoniā auris zeli audit oīa. Secūdo
tangit diligentiā inq̄sicionis tpis. vt cog
nito iā loco a sacerdotibꝰ et scribis discat
tēpus a magis ita ꝙ nō nisi restet persone
interfectio cognita ꝑsona et hoc est ꝙ dili
genter didicit ab eis tps stelle q̄ apparuit
eis vt ex etate pueri faciliꝰ ꝑsona disceret.

nõ attẽdit l3 qꝺ dicit Sapiẽcie p̄. Sẽtite
de dñō in bonitate et i simplicitate cordis q̄
rite illū qm̄ iuenietᷣ ab hijs q̃ nõ tẽptãt il-
lū. apparet aũt eis q̃ fidẽ hñt in illū Et mit
tens eos i bethleē Ecce secũdū. Missio scȝ
magoꝝ in bethleē quã iã nouerat eē locū
natiuitatis. iij. Regū vi. Nũq̃ ꝛ scitis ꝙ mise
rit fili9 homicide huc vt p̄cidatᷣ caput meū
p̄s. Viri sãguinū et dolosi nõ dimidiabũt
dies suos. Ite et interrogate diligẽter de
puero. Ecce terciū. Iniũctio scȝ fraudulẽta
de pſona pueri indignacõne. Ihere. xiiij.
Sagitta vulnerãs lingua eoꝝ dolū est lo-
cuta. nec dicit iterrogate q̃s ł vbi sit puer.
ȝ de puero vt oēs circũstãcias q̄ de puero e
rant iuastigarẽt. vt sic oībus q̄ de puero e-
rant cognitis nullo mõ latere vel effugere
posset Sed puerbioꝝ p̄mo Frustra aũt ia
citur rethe añ oculos p̄enatoꝝ. Psal. Fode
runt ante faciē meã foueã et inciderũt in eã
Et cū inueritis: renũciate. Ecce quartū. vt
omibus hijs cognitis sibi renũcietᷣ. Et di-
cuntur tria. Primo eñi tangit ꝙ certifi-
centᷣ ante renũciacionē cū dicit. Et cū inue
neritis. Secundo petit sibi renũciari cer-
tissime inuentum cum dicit. Renunciate

mihi Tercio ne ſimulacōne deꝑhendat̃ ad
iūgit deuocōnis cām cū dicat. Vt et ego ve=
niēs. ꝛc. Iſte dendet. Iob. xi. Forſitan ve=
ſtigia dei cōꝑhendes et vſqꝫ ad ꝑfectū oī=
potentē repenes Excelſior celo eſt et q̊d fa=
cies ꝑfūdior īferno et vn̄ cognoſces. Lon
gior terra mēſura eius et latior mari ſi ſub
uertit oīa vel ī vnū coartauerit: q̊s cōtra di
cet ei. Aut q̊s ꝑt dicē cur ita facis. Qui cū
audiſſent regē ab erūt. Hec eſt ps ſcda in
q̃ agitur de pueri īuencōe Et tāgunt̃ q̃tuor
q̊ꝝ ṗmū de receſſu magoꝝ ab herode. Se
cundū de iterata ſtelle apparicōe. Terciū de
gaudio q̊d habuerūt ex ſtelle reſtitucōne
Quartū de pueri p ſtelle ſtacionē īuencōe
Et h̄ patēt in lrā. Circa ṗmū tāgunt̃ duo
Audit⁹ vicꝫ herodis et receſſus ab eo. pu
tabant eīm herodē puerū ex deuocōne q̄rere
et ideo audierūt eū ꝑponentes oīa renūcia
re que iniūxerat Prou. xxvi. Labijs ſuis in
telligit̃ inimic⁹ cū in corde ſuo tractauerit
dolos cū ſubmiſerit vocem ne credideris ei
quomiā ſeptē nequicie ſūt in corde illi⁹ Et
ecce ſtella. Ecce ſecūdū de iterata ſtelle ap=
paricione. Et dicunt̃ tria. Cuiuſde ſcilicet q̄
modo apparuit ad eā que ī oriēte apparuit

pceptita quia si alia fuiſſet cōfuſus eēt ani-
mus eorū vtrū ipē ſignificaſſet quod prior ſignifica
uit et deinde dicit ſtelle pceſſio i via · et ter:
cio ſtacio ei9 ſupra locū vbi erat puer · ſtel
le reſtitucō ſignificabat hoc quod dicit Yſa · lxij
Quo egreſſus fuerat vt ſplēdor iuſt9 fidel' aīe
et ſaluator ei9 velut lāpas eſt accēſus · pceſ
ſio ſignificabat directōez vie fideliū ad ipm
Pſal · Dn̄e deduc me ī iuſticia tua ppter ini
micos meos dirige ī cōſpectu tuo viā meā
Pſal · Dn̄e in luīne vultus tui ambulabūt
Yſa · lx · Ambulabūt gētes in luīne tuo et
reges ī ſplēdore ortus tui p ſtacōem ſupra
vbi erat puer ſignificabat quietē ſcōrū ī luīe
dei inuento Col · pri · Qui dignas nos fecit
in ptes ſcōrū ſortes in luīe · ps · Dn̄s illuia
cio mea et ſalus mea quē timebo Stetit eīn
ſupra vbi erat puer Et hoc iuſtū fuit vt ſtel-
la ſtaret ad ſolē a quo accepit illuiacōem Vi
dentes aūt ſtellā zc · Ecce terciū gaudiū de
ſtelle reſtitucōne · Et tangit duo ſcz ſtelle
certam diſcrecionē et mirabilē de hoc exul-
tacionē · dicit ergo Vidētes · hoc eſt optie diſ
cernētes Stellā · optet eīn examiare ea que
apparēt · quia ſicut dr ī epl'a iude · quedā fuit ſide
ra erracia que ducūt ī errorē p hoc cōtra curſū

celeſtē moueri dicitꝰ·ij·Cori·xi·Ipe ſathanas trāſfiguāt ſe ī āgelū lucis vt efficacīꝰ decipiat·et ī Apocalipſi xij·tercia ps ſtellarū trabit nō motu celi ſꝫ cauda dracōis Et ideo p̃·Joh·iiii·dicit Nolite oī ſpūi credē ſed pbate ſpūs vtꝝ ex deo ſint·et h̃ eſt Videntes aūt ſtellā Sic gº certiſſiē diſcernētes eā Gauiſi ſūt gaudio mḡno valde qm̄ de reſtitucōe ſtelle gaudebāt·de directōe p añceſſionē gauiſi ſūt gaudio mḡno·aut de ſtacōe ſupra vbi puer erat·qꝛ t̄minū ſignabat lōgi itineis et fructū mḡni laboris·valde aūt gaudebāt de īuencōe·Ps·Signatū eſt ſup nos lumē vultꝰ tui dn̄e dediſti leticiā ī corde meo Uij em̄ cū in luīe vultus dei āibularēt ī noīe ſuo exaltauerīt tota die Beſter·vlt·Lux et ſol ortꝰ eſt et būiles exaltati ſūt·cū luce em̄ ſtelle ortꝰ eſt eis ſol iuſticie xp̄s deus noſter·Et intrātes domū·ecce quartū de pueri inuēcione et dicit tria quoꝝ primū eſt qꝛ certi de iudicio ſtelle domū intrauerūt ſcḋm qꝛ puerū inuenerūt Tercīū eſt ſocietas quā babebāt ſecū et h̃ patēt in lrā·Primo gº domū itrauerūt·Videt aūt nō fuiſſe domꝰ·qꝛ luce·ij·dr ēē diuiſoꝝ qḋ fuit tectū int̄ duos parietes ad di

uertēdū potiꝰ q̄ʒ ad habitādū p̄t dici q illud diuersoꝝ vocaṫ h̄ domus vel p̄t dici q p̄mo ꝓpter multitudinē cōfitentiū i ciuitate nō poterat hr̄e domū. ſʒ poſtea illis recedētibꝰ et ioſeph manēte ꝓpter curā puerperij iuenit domū. ſʒ p̄mū eſt magis ꝯſonū dc̄is ſcōꝝ et i h° cōmēdaṫ fides magoꝝ q nihil exterioꝝ cōſiderātes eū quē i diuerſorio et in ſtabulo iuenerūt regē deū eē cōfeſſi ſūt. In diciū eni ſtelle plus attēderūt q̄ʒ oīa q̄ ad mūdi ptinēt abiectionē. ij. Corin. ix. Propṫ nos egenꝰ fc̄us eſt cū eēt diues vt nos illius inopia diuites eſſemꝰ Inuenerūt pueꝝ Nō diu a ſʒ puerilia p̄tendētē vt ſcirēt vere eē hūanatū ꝓpter hoīem In ſtella q̄dē oñdit ſe eē deū Et p hāc maieſtatē dei q̄ intꝰ latebat agnouerūt ſʒ in ſe nō niſi bonā penitenciā purā et innocētie ſimplicitatē p̄tendit. Et ideo puerū nō etate tm̄ ſed etiā actu dicunṫ iueniſſe Iſte eſt verus ſadoch puer egregie indolis. vt dicitur pri. pali. xij. et Yſa. xlij. ſm litterā ſeptuagita Ecce puer meꝰ electus quē elegi poſui ſup eū ſpiritū meū. puer vero a puritate vocaṫ Cū maria mr̄e eius Nec ſit itencō de ioſeph ne aliq̄d male ſuſpicōis oriaṫ vt q̄dā dicūt: ſʒ h° ſru

uolū mihi videnť· qꝛ nihil taliū i malā ſu=
ſpicōem induxiſſet magos. Vn̄ ideo nō fit
mētio eius· qꝛ magis oñdebať diuitas ei⁹
in q̄ nihil opis hēbat ioſeph. Mater autē
cū deo in filio cōicauit· et iō fit mētio ipius
āmiracōne aūt dignū eſt ꝙ nō viderūt cu=
rie regalis freq̄ntacionē ſed ꝑ palacio diu
ſoriū· ꝑ throno ꝑ̄ſepiū· ꝑ purpura regali
faſcias ꝯciſſas ꝑ ſplēdore ⁊ cultu regio ſta
bulū. Et tn̄ h̄ oia in domo herodis vidētes
ab ipo diuerterūt et nihil boꝝ apud pue=
rū inuenientes eū regē mūdi eſſe cōfeſſi ſūt·
Et ꝓcidentes. Hec eſt ps illa in q̄ arca in
uentū fidei ſue deuocōem exhibebāt Et di=
cunť duo Adoracio ſcȝ et Oblacio· Adora=
cio i duob⁹ cōſiſtit· In ꝓſtracōne et orōe·
ꝓſtracōeȝ notat cū dicit: et ꝓcidētes· ꝓſtra
cio toto corde fcā recognicōem ſignat ꝙ hō
de ſe nihil eſt niſi puluis et cinis. Reſurrec
tio aūt ſig̃t ꝙ erigiť ex puluē manu creato
ris et plaſmatoris vt dicit Dam· Exo· iiij·
Audierūt ꝙ viſitaſſet dn̄s filios iſrł et nō
deſpexit afflictioeȝ eoꝝ et adorauerūt ꝓni
i terrā ps· Adorauim⁹ i loco vbi ſteterūt pe
des ei⁹ Et ꝓcedit Audiuim⁹ eā i effrata iue
nim⁹ eā i cāpis ſilue i cōdenſo mūdi hui⁹

Introiuimus i tabnaculū ei⁹. h̄ ē ī diuiſoriū et tūc adorauimus ꝛc. Yſa. xlv. te adorabūt et te dep̄cabūt̄ Adorauerūt eū. ecce orō. pſ. adorate dn̄m ī aula ſcā ei⁹ Geñ. xliij. ſm̄ lit terā. lxx. Cū ìuenerītis adoāte eū ſup terrā et aptis ꝛc. Tāgit oblacōez et dicit tria ſcʒ Mūer ꝑparacōez. mūer oblacōez et mūer ſpecificacōez. De ꝑparacōe dicit Aptis the ſauris ſuis. theſaur⁹ dr̄ theca auri et ī h̄ ſig nificat̄ abūdācia Tho b. iiij. Si mltū tibi fuit. abūdāter tribue Math. xij. Bon⁹ hō de theſauro cord̄ ſui ꝓfert bonū. Obtuletut ei mūera Geñ. xliij. Deferte viro mūera pſa. xxix. Colēt eū ī hoſtijs et mūerib⁹. exo. xxiij Nō apparebis in cōſpcū meo vacuus. Aurū thus et mirrā. ecce mūer ſpecificatio. Et tradūt cōiter ſci ꝗ ſpecificacō mūerū ꝓfeſ ſio fidei ē magorꝛ. Aurꝛ eīn obtulerūt ī ſig nū regalis dignitatis. qꝛ fideles venerāt cō gregaē in regnū Thus aūt ī ꝓfeſſionē dei tatis. qꝛ thus deo incēdit̄ ī ſignū cordis p deuotionē aſcēdentis in deū et in ſignū redo lēcie grē bonitatis diuie Mirrā aūt in ꝓfeſ ſionē ab oī corruptionē putredis ꝯſeruāte et cōſeruātis mortis De pmis duob⁹ pſa. lx. Oms de ſaba veniēt et thus deferētes et

laudē dño ānūciātes. vñ et terra psidis vñ
isti venerāt ſabea a q̊dā fluuio ſaba dcā vo
cata ē De mirra Cant. v. Man⁹ mee diſtil
lauerūt mirrā et digiti mei pleni mirra ꝓ
batiſſiā. De auro Aggei. ij. Meū eſt aurū
et meū eſt argētū Apoc. iij. Suadeo tibi a
me emere aurū ignitū ꝓbatū vt locuples
fias Cant. v. Caput ei⁹ aurꝝ optimū. hec
noticia regal̄ et regni xp̄i De thurē dicit̄ in
psal̄. Dirigat̄ orō mea ſicut icenſū i cōſpcū
tuo Leuit. ij. Totū thus ponet ſup altare
i mēoriale ſuauiſſimū dño. De mirra ſimul
et thurē Cant. iij. Aſcēdit ſicut v̇gula fumi
ex aromatib⁹ mirre et thuris et diuſi pul-
ueris pigmētarij. Cant. iiij. Ibo mihi ad
montē mirre et ad collē thuris Btūs gre-
gori⁹ in q̈dā omel̄. dicit ꝙ aurꝝ ſigficat re
galē dignitatē thus aūt pōtificalē. qꝛ He
breorꝝ viij. dicit̄. Pōtifex futurorꝝ bonorꝝ
ꝛc̄. Mirra aūt odoramētū v̇tutū i vita. pſ̈.
Mirra et gutta ꝛ caſea a veſtimētis tuis a
domib⁹ eburneis Mirra em̄ q̄ marceſcē nō
p̄t ſig̃t v̇tutes ſapiētis q̄ nō m̄ceſcūt Sap.
vi. Coſtodicō legū cōſūmacō ē icorrupcōis
Incorrupcō āt facit eē ꝓximū deo Cōcupiſ
cēcia itaqꝫ ſapiē ꝯducit ad r̄gnū ꝑpetuū Et

reſpōſo Hic īcipit ps illa vbi excludit do
lus herodis Et tāgunt duo. Premuīcio ſci
licet p oraculū diuinū ꝛ obediētia eoꝝ Pre
muīcio aūt oraculi cōtinet tria Modū. tps
et oraculū. Mod⁹ eſt qꝛ p modū reſpōſio
nis datū eſt. non em̄ dubiū eſt q̄n iſp adeo
corde q̄rerēt vt viā eoꝝ in pace dirigēt et
huic deſiderio reſpōdet oraculū et i deutero
nomio dn̄s de⁹ noſter adeſt cūctis obſua
cionib⁹ nr̄is. Sicut eſt Exo. xiiij. Vbi nō o
re ꝫ clamāti moyſi reſpōdit de⁹. Quid cla
mas ad me. Ps. In via hac q̄ gradiens
firmabo ſup te oculos meos In ſōnis. qui
nō eſt niſi vīſio ſpūs et aīe a ſenſib⁹ et ſtre
pitu exteriori ad iteriorē cordis cōtēplacio
nē ſicut ſupius diximus Job. iij. Nunc eīn
dormiēs ſilerē et ſōno meo requieſcerē cū
regib⁹ et cōſulib⁹ terre q̄ edificāt ſibi ſoli
tudines aut cū pncipib⁹ qui poſſidēt aurū
ꝛc. ps. In pace i idipm dormiā et reqeſcā.
Ne redirēt ad herodē Ecce oraculū oſtēdit
puer. qd dicit Jobis. iij. qp nō credebat ſe
metipm herodi. et nō erat opus vt q̄s fer
ret teſtiomū de hoie Ipe em̄ nouit q̄d eſſet
in hoie Job. xiij. Ipe nouit et decipientē et
eū qui decipit. Prouerbioꝝ. xi. Juſticia

ſimplicis diriget viā eius et in pietate ſua
corruet impi⁹. Iuſticiaqꝫ rectoꝝ liberabit
eos et i inſidijs ſuis capient̄ iniq̄ et ſtati
poſt ſubdit̄ ibidē. Iuſt⁹ de āguſtia libera-
tus eſt et tradet̄ impius ꝓ eo. Simulator
eṁ ore decipit amicū ſuū. iuſti aūt liberabū
tur ſciētia Per aliā viā reuerſi ſūt ꝛc. Ecce
obediētia Et dicunt̄ duo. Cautela vicꝫ et
ſalus redeūciū Cautela qꝛ nō ꝑ herodē. ſed
ꝑ aliā viā. Prouerbioꝝ. xiiij. Eſt via q̄ vi-
det̄ homini recta et nouiſſiā eius q̄ ducūt ad
interitū. Et attendit̄ hoꝝ magoꝝ fides et
huilitas. Turpe eṁ ē honeſtis viris benig-
ne receptis ſine reſalutacōne q̄ſi fugitiuos
recedē. et hanc turpitudinē elegerūt in ſe
pocius q̄ꝫ pueꝝ ꝓderent herodi Sap. xiiij
Fugitiuū ꝑpetue ꝓuidētie placuerūt Vn̄ et
laban in ſimili facto arguit iacob. Geneſ
xxxi. Cur clā me fugē voluiſti et nō es paſ-
ſus vt ꝓſequerer te gaudio. Reuerſi ſūt i
regionē ſuā. Ecce q̄ ſalui reūſi ſūt ad ꝓꝑa
Geneſ. xxviij. Ero cuſtos tu⁹ q̄cūqꝫ prexe-
ris et reducā te i terrā hanc Thob. v. Be-
ne ābuletis et ſic dn̄s in itinē vrō et ange-
lus eius cōmitet̄ vobiſcū. Pſal. Dn̄s cuſto-
diat introitū et exitū tuū ex h̄ nūc et vſqꝫ i

ſeculū. Qd nos dignent ſci tres reges ad
viā veritatis reducē p dn̄m noſtꝝ q̄ eſt be-
nedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amē

Euāgeliū venerabilis dn̄i Alberti magni
ſup feſto ephie dn̄i expliat feliciter

Sermo btiſſimi auguſtini de ephia do
mini incipit multū notabilis.:.

Intelligere poſſum⁹ frēs cariſſimi q̄ntā gra
ciam xp̄o dn̄o debeam⁹ qui vota votis accu
mulat. gaudia gaudijs implicat. Ecce eni
adhuc exultam⁹ xp̄m dn̄m natū. etiā iam
eū letamur p ſalute hūani generis bapti-
ſatū. Nec dū ortus eius eſt expleta feſtiui-
tas. et iā baptiſmatis eius eſt celebrāda ſo
lēnitas Vix natus eſt hoibus etiā renaſcit̄
ſacramētis. hodie eni licet poſt multa ānoꝝ
curricula cōſecrat⁹ eſt i iordane. Ita g° di
ſpoſuit dn̄s vt votis vota ſbiūgēt. hō eſt vt
vno eodēqꝫ tpe et ederet̄ p v̓gine et p mi-
ſteriū gigneret̄ eētqꝫ cōtinuata feſtiuitas
carnis natitas atqꝫ baptiſmatis. vt quē-
admodū eū tūc miram̄ icorrupta mrē pge
nitū Ita vt nūc ſuſcipiam⁹ illū pura vnda
ſbmerſū et glēmur i vtroqꝫ facto qr filiū

genuit mr̄ et caſta eſt· et q̄ xp̄m vnda la
uit et ſcā eſt· ¶Nā ſicut poſt ptū glorificatū
eſt marie caſtificacō Jta poſt baptiſmū a=
qua eſt purificacō cōprobata· ¶Nūqd pene
maiori mūere q̄ maria vnda ditata eſt Jl
la enī ſibi tm̄ meruit caſtitatē· iſta nob̄ con
tulit ſcificacōez· illa meruit ne peccaēt· iſta
vt pctā purgaēt· illa ꝓpria delicta a ſe re=
pudiat· iſta in ſe p dei grām aliena ꝯdonat
Jlli collata eſt v̓ginitas· iſti donata fecūdi
tas· illa vnū ꝓcreauit et pura eſt· iſta ge=
nerat plurēs et v̓go eſt· illa p̄ter xp̄m neſcit
aliū filiū· iſta v̓go cū xp̄o mater eſt ꝓplorꝝ
¶Natalis g° hodie alter eſt q̄dāmō ſaluato
ris· nā hijſdē cū ſignis· hijſdē miracul̄ cog=
noſcim⁹ genitū· ſꝫ nūc maiori miſteio bap
tiſmate natū deniqꝫ ſpūſſcūs q̄ tūc illi i vte
ro affuit mō eū in gurgite circūfulſit q̄ tūc
mariā caſtificauit nūc flueta ſcificat· pr̄ q̄
tūc obūbrauit i v̓tute· nūc clamat i voce Et
q̄ſi maturiori cōcilio Qui tūc vmbrā p̄ſtitit
natitati: mō teſtioᵐ phibet veritati· Ait enī
deus· Hic eſt filius me⁹ dilcūs in q̄ mihi
cōplacui ipm̄ audite p̄clarior dn̄i tn̄ eſt ſe=
cunda q̄ p̄ma natiuitas· Jlla enī ſine teſte
ſilentio criſtū genuit· iſta cū diuinitatis pro=

feſſionē dn̄m baptiſauit Ab illa ſe ioſeph
q̄ putabat̄ pr̄ excuſat·i hac ſedēs pr̄ q̄ nō
credebat̄ iſinuat Jbi laborat ſuſpicōibus
mr̄·qꝛ ꝓfeſſiōe deerat pr̄·hꝯ genetrix hono
rat̄·qꝛ diuitas filiū ꝓteſtat̄·honoꝛacioꝛ ē
ingꝫ dn̄i ſcd̄a q̄p ꝑma natitas Sicq̄ dē pr̄ hꝯ
deus maieſtatis iſcribit̄· Jllic ioſeph arti
fex eſtimat̄ Et licet i vtraqꝫ dn̄s p ſpm̄ſcm̄
natꝰ ſit et baptiſatꝰ·tn̄ honoꝛacioꝛ eſt q̄ cla
mat i celo q̄p q̄ i terris laboꝛat· Joſeph gꝰ
faber i terris pr̄ putabat̄ eſſe dn̄i ſaluatoꝛis
nec ab hꝰ opere deꝰ q̄ vere eſt pr̄ dn̄i nr̄i ihū
xp̄i excludit̄·ſſcā eſt et ip̄e faber·ip̄e eim̄ eſt
artifex q̄ huiꝰ mūdi machinā nō ſolū mira
bili·ſꝫ etiā ieffabili potēcia fabricatꝰ eſt tq̄p
ſapiēs architectꝰ celū ſblimitate ſuſpēdit·
terrā mole fūdauit·maria calculis alliga
uit· Jp̄e eſt artifex q̄ ad mēſurā q̄ndā ſup
bie depoīt faſtidia huilitatis extrema ſbli-
mat Jp̄e eſt artifex q̄ in nr̄is moꝛibꝰ reſcin
dit ſupflua opa vtilia q̄qꝫ cōſeruat· Jp̄e
eſt artifex cuiꝰ ſecuri ad radicē nrāꝫ poſitā
Johānes baptiſta cōminat̄ vt oīs arboꝛ
que noꝛmā ip̄am iuſte diſcretōis excellent
ip̄a excīſa radicitꝰ tradat̄ incēdio· Queqꝫ
aūt arboꝛ mēſurā veritates habuerit·celeſti

ſabrice deputet · Hodie ergo baptiſat do
min9 in iordane Quale eſt g° h baptiſmū
Vbi eſt purior fonte ille q̄ mergit · vbi do
minū ſuſceptū aq̄ diluit · Nō ſordib9 nifi=
cat · ſ3 bñdictionib9 honorat · Quale in q̄
ſaluatoris nri eſt baptiſmū in q̄ quide pur
gant potiꝰ flueta q̄ purgāt · Nouo em̄ ſci
ficacōnis genē xp̄m nō tā lauit vnda q̄ lo=
ta eſt · nā ex q̄ ſaluator in aq̄ ſe merſit ex eo
oim gurgitū tractus auctoꝝ fontiū venas
miſterio baptiſmatis ꝯſecraunt vt et q̄ſq3
vbicūq3 in noie xp̄i baptiſari voluerit · non
tam illū mūdi aq̄ diluit q̄ xp̄i vnda purifi
cet Saluator aūt ideo baptiſari voluit nō
vt ſibi mūdiciā acquirēt · ſ3 vt nob fluenta
mūdaret Interea magoꝝ btā legatio ꝑdu
cta ad ſacra cūabula radio ſtelle deſup cur
rēte mitat · Judeā ꝓceſſit ethiopia pcti exu
enda nigredine et fidei induēda cādore · q̄
ſtupēda dignacō inter āplexus geitricis i
cludit qui celū terraq3 cōplectit · i ſinu ma
tris latet qui regnū celoꝝ cū deo prē i vni
tate et t'nitate excedit p ſimplex officiū ſpi=
rituale reuelat archanū humaitas cernit
et diuinitas adorat · Exhibet aurū thus et
mirrā plus i miſterijs q̄ in cōſciēcijs offe

rentes. In auri munere regia dignitas. In thuris vapore diuina maieſtas. In mirre ſpecie ſepelienda demõſtrat̃ humanitas. ac ſi trinitatis oblacõem numer⁹ loquit̃ vnitatem deuotio vna teſtat̃. ꝑ hoc ergo puigili intẽcione cordis ſp ſtudeam⁹ celũ aſpicẽ ſi ad criſtũ cupim⁹ puenire. Dirigat ergo nob̃ ſeueritas vite pfecte ſtella iuſticie q̃ dixit pſlo non apparebis in cõſpectu meo vacuus Offeram⁹ ei aur̃ fidei pietatis aromata caſtitatis holocauſta. Spũale q̃z mirrã habeam⁹ in nob̃ que ita aĩas nr̃as cõdiat̃ vt illeſas a pcti corruptõe cuſtodiat qd̃ ipſe p̄ſtare dignet̃ qui viuit et regnat i ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Sermo bti auguſtini de q̃ ſupra.

Roxime frẽs cariſſimi eiuſmoi rede[m]pcõis nr̃e celebrauim⁹ ſacramẽtũ q̃ de⁹ hoĩem cũ ĩfirmitatib⁹ iduit. Hodie vͦo illud excolim⁹ q̃ ſe i hoĩe deus vͭtutib⁹ declãuit ꝑ eo ꝙ i hac die ſiue de celo ſtellã ort⁹ ſui nũciã p̄buit. ſiue ꝙ i chana galilee i cõuiuio nupciali aquã i vinũ ↄuertit. ſiue ꝙ in iordanis vndis aquas ad repationẽ huãni generis ſuo baptiſmo cõſecrauit. ſiue ꝙ de quinqz panib⁹ quinqz milia ho-

minū ſaciauit In q̊libet hoꝝ ſalutis nrē mi
ſteria cōtinent᷑ et gaudia. nobis em̄ ex vir
gine natū eſt ꝙ ſtella mōſtrauit uobis ex
baptiſmo cōceſſuz eſt qḋ i iordanis alueo
cōſecrauit. nos q̊ʒ in meliꝰ eſſe mutādos o=
peris miraculo ꝑmōſtrauit. qn̄ aq̄s in vina
mutauit Et ideo frēs cariſſimi in oī actu no
ſtro ſtellā fidei ꝓparemꝰ. i cuſtodia puritas
tis xp̄i baptiſmū celebremꝰ. qꝛ hec xp̄i ge
neracō nrē fidei cōfirmacō eſt. Inſinuat em̄
nob̄ mūeris bn̄ficiū p ſecūde natiuitatis exē=
plū. et qḋ facē voluit prioꝛ ip̄e fecit. Legiꝰ
iudeos diuſa ſub lege habuiſſe baptiſma=
ta. ꝫ nullū ex hijs cōtra ꝑuaricacōis malū
potuit cōferre medicinā. et ideo ꝓ ablucōe
totiꝰ mūdi indigebāt regenerari atq̊ʒ celi
tus ſcificari. Et qꝛ p vniuerſū mūdū ſacra
mētū baptiſmi hūano generi opus erat. oī
bus aq̄s bn̄dictionē dedit qn̄ in iordanis
alueū vnica ac ſingulari pietate deſcendit
Tunc em̄ xp̄m dn̄m nō tam lauit vnda ꝙ̄
lota eſt. Tibi em̄ naſcēdo xp̄s aduenit. tibi
viuēdo militauit. tibi moriēdo cōflixit. Quē
vidēs ꝓ te mortuū ꝓ te itellige baptiſatū.
ꝫ hinc q̊ʒ itelligamꝰ ꝙ̄ grādes apud ſe eſti
met deus nr̄ hūanoꝝ criminū cāſ ꝓpter q̄s

nō āgelū nō archāgelū· ſ; deū miſit ad ter
ras· q̄z gūis ſit pcti q̄z dura ſit ꝯdicio ꝓdit
rmedij mḡnitudo· Quāta maloꝝ diſcuſſio
erit cū dānabunt: ſollicitudo idicat q̄ redi
munt Omi g° diligētia atq; vigilācia ca=
ueam? ne vulnēt dyabolus qd ſanauit de?
ne p cōſenſū cord p flagiciū corpis ſuitutē
quā deni? dño magis exhibē ꝓhibem̄ im
mico Et q̄de ſi q̄s violētus ac ipotens ali=
q̄d de facultate nr̄ā ac ꝓꝓetate rapuiſſet nō
ne dignū ſūmo odio ducēm?: nōne. merito
tq̄ hoſtē deteſtarem̄: et q̄ tāde aio deteſtaē
mur· Cur p pctm̄ dyabolo ꝯſentiem?· q̄ no
bis nō ſbſtāciā vult auferre· ſ; vitā· nō ter
rā fraudaē· ſ; celū· nō fines āguſte poſſeſſio
nis· ſ; ifinita ſpacia eṫnitatis Int hō o hō ſi
dignitatē factuē tue ſi pietatē c̄ca te dn̄i tui
volueis eſtimaē de p̄cio poteis nō dubitaē
de regno· Ipſi aūt magi q̄ ad illa celeſtis
pueri veneradā cunabula ſtelle puenerūt i
dicio· q̄d aliud expſſerūt in illis mūeribus
niſi fidē nr̄ām In eo eni ꝙ tria offerunt tri
nitas itelligiṫ· In eo vero ꝙ tres ſūt et ſin
guli offerūt i tṁitate vnitas declaraṫ· Per
aurū rex oñdiṫ· Deus thure dinoſciṫ· Per
mirrā que cōdiendis eſt apta corpibus ſe

pultura crucifigēdi hoīs p̄dicat᷑· Scōm
hec nos q̊qꝫ cariſſimi pſonā magoꝝ ſpūa-
libus imitemꝰ obſequijs In p̄mis tā diu q̄
ramꝰ xp̄m donec illū iueīre mereamꝰ·duca-
tūqꝫ nobꝭ p̄beat velut ſtella celi lux fidei·hec
nobꝭ illū ondit nō iā in p̄ſepio vagiētē·ſꝫ i
ſūma celi arce dn̄antē·nec mr̄is gremio ſꝫ
in ſolio pr̄is adorādū·nec vlteriꝰ in huili
tate iudicādū·ſꝫ ad iudiciū cū maieſtate vē
turū·Sic q̄ſi triū mūeꝝ trinitatis pfecta
cōfeſſio nobꝭ vna ſine cōfeſſione cōiūcta tri
nitas ſine ſepacione diſtincta pr̄ et filiꝰ et
ſpūſſcūs vnꝰ deꝰ credant᷑ tres pſone ſꝫ nō
tres ſbn̄e Quātū aūt ad celeſtis natuꝫ or-
dinē ptinet in prē et filio et ſpūſcō·ita cōfi
tēda vnate diuitas vt nec ſinglaris putet᷑
in t᷑nitate pſone·nec t᷑plex i vnitate ſbn̄a·
ſꝫ ita aſſignet᷑ pluālitas vnitati ne t᷑nitati
ſbſtrahat᷑ eq̄litas·Et licet iter mittat᷑ in v
na deitate nūoſitas·nō ſit tn̄ recipiēda diu
ſitas Ita gº fideliū cordibꝰ diſponēdꝰ eſt
dei cultꝰ vt nō admittat᷑ vel i vnitate ſepa
tio vel in deitate pmixtio· Proximā eni ab
hac die frēs cariſſimi ſacri natal' diē cele-
brauimꝰ:tūc natꝰ ē dn̄s nūc baptiſatꝰ eſt
Tūc nos genuit ad vitā nūc gn̄auit ad ſa

lutē·tc adā ſuſcepit p̄ditū·nc abluit pctō
rē Venit g° ad baptiſmū ſicut ſcp̄tū eſt·ꝫ
q̊d abluet q̄ erat mūd⁹: vtiqꝫ vt mūd⁹ ab
lueret imūdū Jllū g° currētes aq̄ tūc inſu
debāt ꝫ pctā nrā ſecū portabāt de illo gut
te baptiſmatis fluebāt ꝫ nrā i guttis cmīa
defluebāt O mīa filꝰ et potētia dei nec dū era
m⁹ i mūdo et iā abluebam̄ i baptiſmo·mū
dati i illo ſum⁹ an̄q̄ nati·nā ipa fuit bap
tiſmatis rō vt aq̄ q̄ purgatuē nos erāt ab
illo āte a purgarēt·ꝛ cū aſcēdiſſꝫ inquit ſcp̄
tura de aq̄ Vidit celos aptos·nūq̄d tūc ei
celū aptū fueāt: cui⁹ oculi celoꝝ itenoā cer
nebāt Sꝫ iō celū apitꝰ vt miſteriū i h̊ bap
tiſmate declaētꝰ·qꝛ qn̄ hō de baptiſmo egre
ditꝰ tūc ei ianua regni celeſtis apitꝰ Jllud
v̊o q̄le ē q̄ magi veniūt ad dn̄m natū inno
ducūtꝰ·poſitū i p̄ſepio videt·nec apd̄ ſēſus
eoꝝ huilitas natitatis reuerētia diuitatis
minuit Adorāt corpib⁹ honorāt mūerib⁹·
venerātꝰ officijs·oculis hoīeꝫ videt ꝛ deū ob
ſequijs cōfitētꝰ Videbāt em̄ i eo q̄ nat⁹ fue
rat plus eē qd̄ animi hoīm q̄ꝫ qd̄ oculi pui
derunt: deus q̄ tūc corpaliter nat⁹ fuerat p
ip̄m oia nata erāt videbatꝰ ſiq̄dē in p̄ſepio·
ſed dn̄abatꝰ in celo·intra corpuſculū erat·

ſed intra ſe oīa cōtinebat· natꝰ quidē mrē
ſucât· ꝫ mrēm ſuā ipē ꝓus creauerat· Etiō
magi ſe humiliabāt· qꝛ famlari aſtra cerne=
bant· deū eū eē cognouerāt cui celeſtia ſer=
uiebāt Et idcirco etiā ipa eoꝝ mūera diuio
miſterio plena erāt Auꝝ nāqꝫ vt audiſtis
et thus et mirrā obtulerūt Triplicū ergo
mūeꝝ triplex ſigficacō cōtiet· In thuē ob
tulerūt deo honorē In auro regiā dignita=
tē In mirra corpis ſepulturā Offeramꝰ ḡo
vt nos dilc̄ſſimi frēs ſcā mūera deo nrō ca
ſtitatē· fidē· paciētiā· caritatē mētes humiles·
ꝓbos moēs· aīas deo cohabitaē cōdignas
h̄ ſūt eñ placita deo dona· h̄ grata mūera q̄
illi q̄dē offerunt· ꝫ offerētibꝰ ꝓſiuut· nulla
eñ re· nullo mūere ille eget· ꝫ h̄ illi munꝰ
optimū nrm ē vt cās hēat remūerādi· nihil
a nob̄ āpliꝰ exigit· nihil āpliꝰ petit niſi ſa
lutē nrāz· Oīa eñ ſibi a nob̄ ꝓſtari putat ſi
ita nos erimꝰ vt nob̄ ab illo cūcta ꝓſtent
Auxiliāte ipō dñō nrō ihū xpō cui ē honor
et gl'a cū prē et ſpūſcō i ſcl'a ſcl'oꝝ· Amē

Sermo btiſſimi auguſtini de epħia do
mini explicit multū notabilis·

X. Traslat Sanct. Regum

46